

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ
Disputatio Septima

De
NESTORIANISMO,

Quam

Annunte Θεολογίας

SVB PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio examinandam
proponit

M. PETRUS BECMANNUS
Henichensis Misnicus, Saxon.
Elect. Alumnus.

Habebitur ad d. 3. Januarij horis pomeri-
dianis, in minori auditorio.



WITTEBERGÆ,

Ex Officina Johannis Gormanni,

ANNO clō clō XIX.

CHRISTOPH JACOB

1742

NESTOR

BALTHASAR

M. P. B.

K...

...



DE NESTORIANISMO

THESIS I.

Vti lux cum tenebris; album cum nigro; sic veritas cum falsitate collata, magis conspicua & illustrior evadit. Contraria enim juxta se posita magis elucescunt.

II. Cum igitur præcedente disputatione generalis ex mente Orthodoxorum de duarum naturarum in Christo Unione $\sigma\kappa\epsilon\psi\iota\varsigma$ proposita fuerit, quæ $\omega\epsilon\gamma\varsigma$ $\omicron\psi\iota\omega$ ostensum, duas naturas in Christo ita esse unitas, ut ipsæ earundemq; $\iota\delta\iota\omega\mu\alpha\tau\iota$ salvæ ac $\delta\iota\sigma\tau\omega\delta\omega\varsigma$ distinctis, una tantum sit persona: cumq; deinceps de hac ipsa materia sententiam prolixius explicaturi simus: non jucundum modo, sed & fructuosum esse iudicamus, si Adversariorum etiam hæc de re antitheses ac cereamina considerentur.

III. Ex illis verò qui præsentem Articulum de Unione hypostatica olim impugnarunt, hodieq; impugnare satagunt, in præsentia Nestorium suam cum phalange provocamus, cum eodem in arenam disputationis descensur.

IV. Quod ut dextre fiat, quatuor hujus nostræ Propositionis $\sigma\upsilon\zeta\eta\tau\eta\sigma\epsilon\omega\varsigma$ capita constituto: quorum I. Ipsam quadrimestris Nestoriani certaminis historiam; II. Nestoriani erroris refutationem proponet; III. Calvinianos Nestorianizare; IV. Deniq; Lutheranos Nestorianismi perperam ac citra meritum insimulari demonstrabit.

V. Circa 1. Caput duo potissimum notanda veniunt; 1. Dogma Nestorij: 2. Status Controversiæ.

VI. De primo sciendum, quod Nestorius ex Antiochia ad Archiepiscopatum Constantinopolitanum ab Imperatore Theodosio evocatus disertis & conceptis verbis non docuerit, duos esse Christos, duos Filios, aut duas in Christo personas à se invicem distinctas ac seorsim subsistentes, quarum una sit Deus, altera Homo quemadmodum ego ac tu due numero, distinctæq; personæ seu ὁ Θεὸς ἕνα εἰμι. Verum utus est potius verbis ὁρθοδόξων præ se ferentibus ac ἁποστάσεως ἐνόηται καὶ τὸ αὐτὸν Θεὸν importantibus.

Teste Evagrius
lib. 1.
Scholast.
Inst. c. 2.

VII. In sua enim Confessione profiteretur, Vnum esse Christum. Aufer, inquit, omnem suspicionem dualitatis Filiorum & Dominorum. Et: Vnum duntaxat esse Filium Dei & hominis Christum Iesum: sicut & unicam in Christo filiationem. Mariam quoque nec ἀρθρωποτόκον, nec θεωτόκον sed θεοτόκον dici voluit, ad exprimendam personæ unitatem ac identitatem.

VIII. Unde apparet, Nestorium, si sonum duntaxat verborum attendas, nihil minus fecisse, quam quod personam solverit, eamq; duplicando duos Christos constituerit, quemadmodum ipsi communiter impunitatur: ideoq; non directè, verum indirectè & consequenter, ut geminam in Christo naturam orthodoxè & sic geminam in eodem personam hereticissimè

precisimè statuit ob omnimodā abnegationē κοινω-
vίας ιδιωμάτων κ, δποτελεσμάτων officialiū.

Synopsis
dogmatis
Nestoriani.

IX. Nam, ut ab ovo rem repetam, docuit Nesto-
rius Quod ενωσις ὑποστατική duarum natura-
rum definienda sit, 1. per inseparabilem παρε-
σίαν vel ἑδύσασιν & inhabitationem τῷ λό-
γῳ in natura assumta, seu per gestationem hu-
manæ naturæ, Nam quod eam solā gestandi voce
descripserit: hæc ejus ostendunt verba: Propter e-
um, qui gestat, adoro eum, qui gestatur. 2. Per
communione nominis, quo Filius Mariæ ve-
lētē appellari potest Filius Dei, propter eum, qui ei
unitus est. 3. per communione operationis,
siquidem λόγῳ in Mariæ Filio, tanquam in a-
nimato organo cuncta operatus sit. 4. per commu-
nionem honoris, 5. per communione af-
fectus, siquidem voluntas hominis Christi semper
eo equalis fuerit voluntati τῷ λόγῳ.

X. Hinc Theodor. Nestorianus de Vnione talem edit
confessionē: Secundū subsistentiam unionē modis o-
mnibus ignoramus. Ita enim introducitur tempe-
ramentū carnis & Divinitatis, quæ nihil aliud est,
quàm confusio, auferrens uniuscujusq, proprietate-
tem. Et Nestorius tertio Anathematismo Ephesini
Concilij talem opponit: Si quis non secundum
conjunctionem unum dixerit Christum, & a-
tram quæ etiam subsistentiam in una Filij com-
munionem consistetur: Anathema sit.

XI. II. Quod ea voces, quæ in Apostolicis scriptis
A 3 continen-



Cyrl. Ana continentur, vel quæ de Christo dicuntur à Sanctis,
 them. 4. ,, vel ab ipso, dividenda sint duabus personis, & aliæ
 ,, quidem ex his velut homini, qui præter Dei verbis
 ,, specialiter intelligatur, aptandæ, illæ vero tan-
 ,, quam dignæ Deo, soli DEI Patris Verbo depu-
 ,, tandæ.

,, XII. Hinc asseruit, non Deum; sed Christum ho-
 Matt. 8, 24 minem dormivisse in navicula; Et contra, non ho-
 ,, minem; sed Christum Deum increpasse ventos ac
 Ibid. 7, 26 mare Mariam non esse Dei genetricem, sed $\Psi\iota\lambda\omicron\nu$
 ,, $\alpha\nu\theta\epsilon\omega\pi\omicron\nu$ peperisse. Quia Maria fuerit homo,
 ,, Deum autem ab homine nasci impossibile sit. E-
 ,, manuelem vel Christum non esse veraciter Deum,
 ,, sed potius $\theta\epsilon\omicron\phi\omicron\pi\omicron\nu$, Deiferum vel $\theta\epsilon\omicron\delta\omicron\chi\omicron\nu$, &
 ,, Filium Mariæ gestari ac sustentari à Filio Dei: Et,
 Cyril. A. ,, Alium esse Christum, alium Dei Verbum: $\lambda\omicron\gamma\omicron\nu$
 math. 2. ,, esse Deum ac Dominum Christi: Deum non esse
 ,, passum, non crucifixum, non mortuum, non factum
 ,, primogenitum ex mortuis. Vnde semper in ore ha-
 ,, buit: Noli gloriari, Iudæe, non Deum sed homi-
 ,, nem crucifixisti. Et quas præterea hereticus bla-
 ,, phemias effudit.

III. XIII. III. Quod unaquæq; natura Christi per ad
 Cyril. A. ,, pro se suas exerceat actiones sine communicatione
 math. 7. ,, alterius, siquidem alius sit in Christo, qui divina, &
 ,, alius, qui humana peragat.

IV. XIV. IV. Quod Homo Christus acceperit à Spiri-
 Anath. 9. tu, qui eum glorificavit, virtutem edendæ miracula,
 quæ

quã etiam alienã virtute postmodum in edendis
prodigijs usus fuerit.

XV. V. Quòd Caro Christi non sit prædita $\delta\omega\alpha\mu\acute{\iota}$
 $\mu\acute{\iota}$ $\zeta\omega\omicron\pi\omicron\iota\eta\kappa\eta$ sed quòd illa soli Deo Verbo com-
petat.

XVI. VI. Quòd homo Christus coadorandus & con-
glorificandus sit cum Deo Verbo.

XVII. VII. Quòd Christus ut $\lambda\omicron\gamma$ & non sit
Pontifex & Apostolus Confessionis nostræ, sed tan-
tùm ut homo, ideoq; $\psi\iota\lambda\omicron\varsigma$ $\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi$ & noster
Mediator.

XVIII. VIII. Deniq; quòd Iesus Mariæ Filius etiam
pro seipso sacrificium Deo Patri obtulerit.

XIX. Ex his Patres concluderunt, Nestorium 1.
 $\xi\gamma\omega\sigma\iota\nu$ $\psi\alpha\omicron\varsigma\alpha\tau\iota\kappa\eta\upsilon$ verbotenus quidem fateri,
reverà tamen eam negare ac evertere. 2. Chri-
stum in duas personas dividere, atq; sic naturas sol-
vere. 3. Humane nature propriam subsistentiam
à $\lambda\omicron\gamma\omega$ distinctam effingere. 4. Eidem vivificandi
 $\xi\gamma\epsilon\gamma\epsilon\iota\alpha\nu$ adimere. 5. Idololatram & $\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi\omicron$ -
 $\lambda\alpha\tau\epsilon\eta\nu$ esse, adorantem eum, qui non est Deus,
6. Divinas operationes creature extra $\lambda\omicron\gamma\omega$ $\upsilon\pi\omicron$
 $\varsigma\alpha\sigma\iota\nu$ subsistenti assignare. 7. Deniq; Sacrificium
Christi ac opus redemptionis funditus evertere.

XX. Breviter Ergo duo potissimum inter Cy-
rillum & Nestorium controversa fuere: 1. Ipsa Status. Cõ-
duarum in Christo naturarum Unionis definitio: $\pi\omicron\epsilon\upsilon\epsilon\tau\epsilon\sigma\iota\sigma\iota\varsigma$
Utrum videlicet Illa sit $\chi\epsilon\tau\iota\kappa\eta$ & $\psi\omicron\delta\alpha\varsigma\alpha\tau\iota\kappa\eta$.

“

“ V.

“ Anath. 11.

“

“ VI.

“ Anath. 8.

“ VII.

“

“

“

“

“ VIII.

“ Anath. 10.

“ Septem cõ-

“ clusiones

“ Ephesinè

“ Concil. cõ-

“ tra Nestor.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

A. 4.

p. 10.

vult Nestorius, an verò ἁποστυχῆ, prout Cy-
 pillus contendit? 2. Ipsum consequens vel effectus V-
 nionis; Num scilicet vera & realis naturalium idio-
 matum ac officialium operationum in Christo detur
 communicatio? Id quod contra Cyrillum Nestorius
 planè inficiatus est. De quibus duobus nunc porro
 contra Nestorium breviter differendum.

Cap. II.
 De refu-
 tatione
 erroris
 Nestori-
 ani.

XXI. 1. Unionem autem duarum in Christo na-
 turarum non esse $\chi\epsilon\lambda\iota\kappa\lambda\omega$ seu $\omega\delta\alpha\sigma\tau\iota\kappa\lambda\omega$,
 contra Nestorium sequentia evincunt argumenta.

XXII. 1. Quia facit carnem Christi $\text{id}\iota\omicron\pi\acute{\omicron}\sigma\tau\iota\tau\omicron\nu$,
 $\alpha\upsilon\theta\upsilon\pi\acute{\omicron}\sigma\tau\iota\tau\omicron\nu$ & $\text{id}\iota\omicron\sigma\tau\iota\tau\omicron\nu$, adeoq; personae-
 ditio $\tau\eta\varsigma$ introducitur. Nā qui alteri unicus est tan-
 tum $\kappa\alpha\tau\alpha$ $\omega\delta\alpha\sigma\tau\iota\sigma\iota\nu$ ἢ $\omega\delta\alpha\delta\epsilon\sigma\iota\nu$, is utiq; non
 beneficio ἁποστυσεως eius, cui $\omega\delta\alpha\sigma\tau\iota\kappa\omega\varsigma$ u-
 nicus est, sed beneficio propria sua ἁποστυσεως i-
 p̄si adsistit, adeoq; non unum cum ipso constituit
 $\epsilon\phi\iota\sigma\tau\iota\mu\epsilon\lambda\omicron\nu$, cum τὸ adsistere seu adstare propriā
 importet ac presupponat $\epsilon\upsilon\pi\alpha\epsilon\zeta\iota\nu$ seu existentiā rei

XXIII. 2. Separationem admittit: cum sit $\chi\epsilon\lambda\iota\kappa\lambda\omega$
 seu respectiva, adeoq; accidentalis. Iam verò ac-
 cidentium ea est Natura, ut facili negotio à suis
 subjectis queant separari. Talem autem sepa-
 rabilem ac leviusculam duarum naturarum u-
 nionem vel saltem cogitare, annon blasphemum fo-
 ret? Annon Patribus contrarium? Nam juxta hos,
 quod $\lambda\acute{\omicron}\gamma\omega$ semel adsumsit, nunquam deponit.
 Unde Patres Ephesini asserunt Unionem factam esse
 $\alpha\delta\iota\gamma\iota\sigma\tau\omega\varsigma$, $\alpha\chi\omega\pi\acute{\iota}\sigma\tau\omega\varsigma$ καὶ $\alpha\delta\iota\gamma\alpha\omega\acute{\alpha}\sigma\omega\varsigma$.

Damasc. l.
 3. 6. 7.

XXIV. 3. Com-

XXIV. 3. Communis est λόγος cum reliquis
creaturis, siquidem hæc omnes à λόγῳ simul su-
stentantur, suamq; ab ipso tanquam creatore de-
pendentiam habent, teste Apostolo, Act. 17. v. 28.
Hebr. 1. v. 3. Si E. Unio assumta carnis cum λόγῳ
in nuda duntaxat ὄφθασίσθι gestatione aut su-
stentatione (nam hæc tria pari passu ambulant)
consistit, quid obstat, quò minus omnes creature
τῷ λόγῳ personaliter unitæ dici queant? Cur au-
tem Iustinus hunc unionis modum appellavit μο-
νότροπον καὶ ἐξαιρέτων?

XXV. 4. Competit Sanctis renatis. Nam etiam
cum his λόγῳ unicus est, teste Iohanne c. 14.
v. 23. Petro, Epist. 2. c. 1. v. 4. Num autem ob-
gratiosam istā κατ' ἰκνησιν sanctos cum λόγῳ per-
sonaliter unitos esse affirmabimus? Absit.

XXVI. 5. Gestatio ac sustentatio duntaxat ostendit, nō
quid ὁ λόγος actu personali ac primo sit, sed quid
Ille actu secundo agat, siquidem τὸ gestare ac su-
stentare est actus secundus. Quis E. sola illa gestatio ac
sustentatio duarum naturarum unionem, & actum
personalem exprimere poterit? Unde B. Lutherus
rectissime: Hæc Philosophia est hereticissima quia
negat Filium Dei esse hominem actu primo, sed fin-
git, eum sustentare humanam naturam velut actu
secundo.

XXVII. 6. Neq; est, quod regerat Nestorius, se quo-
que fateri unam in Christo personam, unum Fili-
um &c. Nam non sufficit ad personalis unionis

constitutionem nuda appellatio unius personae unius
 Filij, unius Domini: quemadmodum etiam neq;
 titulorum, operationum, dignitatum, honoris &
 affectus communio aut consensus voluntatis huma-
 nae cum divina in Christo, unitatem personae con-
 sistunt, siquidem illa omnia non ad unitatem hypo-
 staseos, sed ad secundum actum personae subsisten-
 tis pertinent.

XXIIX. II. Evicto nunc, veram unionis perso-
 nalis rationem per $\omega\delta\acute{\alpha}\varsigma\alpha\sigma\iota\nu\ \eta\epsilon\theta\ \omega\delta\acute{\alpha}\prime\theta\epsilon\sigma\iota\nu$
 non proprie exponi, adeoq; revera unam duntaxat
 esse duarum in Christo naturarum personam, ultro
 patet, veram ac realem idiomatum ac operationum
 $\kappa\omicron\iota\nu\omega\nu\iota\alpha$, necessario istam unionem personalem
 esse insecuram, siquidem duo ista sese habent, ut
 causa & effectus. Ideoq; porro infallibiliter sequi-
 tur, haereticissime a Nestorio asserti ea, quae supra c.
 1. 1b. 13. 14. 15. 16. 17. 18. sunt annotata. Omnes
 enim actiones & passionis proprie sunt supposito-
 rum ac personarum, uti loquitur cum sanioribus
 Philosophis B. Lutherus.

XXIX. Adde quod Nestorius ipsi Christo in facie
 em contradicat, Iohan. c. 6. v. 48. & seqq.
 carnem ejus $\theta\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\varsigma\ \zeta\omega\omicron\pi\omicron\iota\eta\tau\iota\kappa\eta$ praeditam
 esse, negans: quod personam Christi duplicet, di-
 vinas actiones soli DEO $\lambda\omicron\gamma\omega$: humanas vero so-
 li Christo homini adscribens, siquidem iuxta B.
 Lutherum, ad divisionem operum necessario sequi-
 tur divisio personae: seu, ut Scholastici loquuntur:

Unum

Unum est principium, Quod; videlicet unus Chri-
stus, & una persona agens omnia: duplex est prin-
cipium Quo, videlicet duæ naturæ, tanquam formæ
duo: quia forma dat causam agendi.

XXX. Et quæ quaesoratione ab ἀνθρώποισι
τρεῖς crimine se purgare poterit Nestorius, Iesum
Mariæ Filium, una cum λόγῳ adorationis ob-
iectum constituens: quem tamen aliàs purum puti-
um hominem esse acerrimè contendit? Annon enim
hoc modo contra illud Jer. 17. v. 5, fiduciam suam,
quæ in adorante præsupponitur, collocat in homi-
nem, atq; sic DEO debitum honorem nefario au-
su suffuratur contra expressum interdictum, Esa.
42. v. 8.

XXXI. Quid? quod si Φιλόσ ἀνθρώπων & dun-
taxat pro nobis passus ac mortuus est, uti tu qui-
dem contendis Nestori, nulla utique est nostræ re-
demtio, si quidem nudus homo infinitum oris iræ
divinæ ac æternas pœnas sustinere minimè potest.
ideoq; necessum fuit Authorem vitæ interfici, A-
ctor. 3. v. 15. ac Dominum gloriæ crucifigi. 1.
Cor. 2. v. 8.

XXXII. Deniq; annon planè furiosum est, asse-
re, Sanctissimum ἀναμάρτητον, in cuius ore non
fuit inventus dolus, & c. pro semetipso victimam Deo
Patri obtulisse? Nam quid opus est ἱλαστικῶν sacri-
ficio, si nulla præcessit offensio?

XXXIII. Hactenus E. Nestorium repræsentamus, e-
umq; cum suis blasphemijs penitus ex pomerijs sint Ne-

Ecclesiæ Nestoriani &

Cap. III.

An Cal-

viniani

sint Ne-

Ecclesie proscriptimus. Utinam verò atq; utinam ille
hoc nostro seculo vicissim in Ecclesiam non irrupise-
ret! Nam ecce! Hac postremâ mundi senectâ de
cineribus Nestorij prodire Neonestoriani, non qui-
dem primò statim aggressu & per directum perso-
nam duplicantes: consequenter tamen, sicut
& Veteres Nestoriani, ob negatam veram ac rea-
lem idiomatum communicationem, naturas à se
invicem divellentes ac separantes.

XXXIV. Quinam verò sunt illi? Calviniani. Non n.
tam ovum ovo simile, quàm hi Nestorianis. Ægerrimè
quidem ferunt, plenisq; reclamant buccinis, si
quis eos hujus hereseos peragat reos, adeoque om-
nem ejusdem reatum ac suspicionem penitus à se

In respons. remoram volunt. Naturas Domini nostri Iesu Christi
ad Tubing. sti, scribit Danaus, nos discerpere, ecquis vobis un-
quam persuadere potuit? cum illi ipsi anathema

pronunciemus, & quidem toto pectore, qui vel duas
in Christo personas constituit, vel ipsius personam
divellit. Ergo etiam cum Christi corpus esset per il-
lud triduum in sepulchro, & anima in cœlo, hypo-
staticam tamen illam duarum Christi naturarum
Unionem permansisse, & minimè dissolutam esse, cor-
de credimus & ore confitemur.

XXXV. Sic ergò Calviniani quidem faten-
tur, vel certè fateri videntur, in Christo duas esse
naturas, quæ ita sint personaliter unitæ, ut
unus tantùm Christus, una tantùm sit per-
sona: fatentur ob unionem hanc arctissimam, natu-

has indivisas, indivulsas & inseparatas in unum
 fatentur, ob eandem ἐνωσιν naturarum propria
 rectè in concreto predicari de tota persona, quin &
 humane nature data esse dona excellentissima,
 quibus supra omnes creaturas erecta sit.

XXXVI. Verùm ipsos glaucoma nobis objicere, ad
 eorū Nestorianam crambem recoquere, sequenti e-
 vincimus argumentatione.

XXXVII. Quicunq; I. negant unam duarum na-
 turarum in Christo hypostasin. II. Earum
 unionem κατὰ ὁμοίωσιν factam fingunt.
 III. Λόγον eodem planè modo in assumpta
 natura inhabitare, quò in sanctis habitat.
 IV. Carnè Christi in unitate personæ cum
 λόγῳ una adoratione adorandum esse, ac
 deniq; V. eandem esse vivificam δυνάμει ζω-
 οποιητικῇ illà, quæ ἔστω λόγῳ per naturam
 propria, carni verò per unionem cum λό-
 γῳ realiter est communicata inficiantur, illi
 Nestorianizant. Ratio Consequentie manifesta
 est, siquidem Nestorius etiam omnia in Antecedente
 posita, partim negavit partim finxit.

XXXVIII. Atqui Calviniani I. unam duarum
 naturarum in Christo hypostasin infici-
 antur. Id quod sequentia probant.

XXXIX. I. Quia negant ἰδιώματα τῶν λόγῳ
 assumpta Carni verè ac realiter esse communicata.
 B. negant ἁποστίσεως κοινωνίαν ἕπερ ἰσφευῆς.
 Non erit unatantum duarum naturarum in Christo
 hypo-

Hypostasis, verum due distinctae, altera & λόγος
 altera carnis assumta, quod aperte Nestorianum.
 XL. Ratio hujus consequentiae est haec, quia
 ὑπόστασις & λόγος ab idiomatibus non differt
 τῷ εἶναι, sed saltem τῷ λόγῳ, ac propterea com-
 municato idiomatum divinorum uno, necessario
 communicatur & alterum, imò omnia; & con-
 traria: cum ἡ ἀγαθή πῶς unum sint. Humana enim
 natura aut est ἐνυπόστατος aut ἀνυπόστα-
 τος, subsistit, aut non subsistit. Hoc falsum. Est
 illud verum, si E. humana natura est ἐνυπόστα-
 τος, sequitur, quod sit aut ἀνυπόστατος, in
 vel per se subsistens, aut ἐτεροπόστατος in alio
 subsistens. Non illud. Sic enim in Christo due fo-
 rent personae. Nam, ut unius personae, una est sub-
 sistentiis: ita due subsistentiae duas presupponunt
 personas. E. humana Christi natura est ἐτεροπό-
 στατος, adeoque ὑπόστασις λόγος verè sibi habet
 communicatam, & propter hanc itidem erit κοι-
 νωνός facta reliquorum divinorum idiomatum:
 aut si haec sunt ἀκοινωνητός, necessario etiam illa
 talis erit, cum sint simplicissime unum ταυτό.
 Quia igitur Calviniani negant κοινωνίαν ἰδιω-
 μάτων, consequenter negant cum Nestorio κοι-
 νωνίαν ὑπόστασεως, ac proinde carnem Domini-
 cam faciunt, aut ἀνυπόστατον, quod Mahume-
 ricum, aut ἀνυπόστατον, quod Nestoria-
 num.

2. Quia

XLII. 2. Quia ἰδιώματα & ἰσότης habent se ut effectus & causa, quā positā ponitur & ille, & vicissim. 3. Quia omnipresenciam humane Christi nature insciantur. 4. Quia non concedunt finitum esse capax infiniti. 5. Quia docent, totum λόγον extra carnem assumtam esse. Primum hoc syllogismi membrū prolixius demonstrantem vide Schröderum de Nestoriani. Arg. 7. & seqq.

XLII. II. Duarum Naturarum unionem κατὰ ἰσότητα factam fingunt. Nam 1. negant veram inter unita & unitorum idiōmata communionem, quae aliās Unionis realis per se & ἰσότητις necessarium est consequens.

XLIII. Nam Unio realis ac per se illa est, quae quae ad unum aliquod per se uniuntur, realiter interser se communicat. Quod quidem fit, quando unitorum alterum habet rationem δυνάμεως, alterū ἐντελέχειας, ut illud recipiat, hoc recipiatur: illi communicetur, hoc communicet, idq; realiter, unde per communicationem talem fit unum reale.

XLIV. Id quod & Philosophi innuunt, docentes, unum per naturam fieri ex materia & forma, dum materia perficitur, forma perficit, materia recipit, forma recipitur. Quemadmodum ergo in uno reali per naturam: ita se res habet in uno reali supra naturam, Ἰεσὺς Θεῶν nimirum. Est n. Christus unum per se, unū scilicet ἰδιώματων seu τὸδε τι

αὐτῶν



26
atq; unum non simplex, sed compositum, persona nimirum una in Θ è duabus naturis. Facta n. est unio inter humanam naturam Θ primò inter personam Filij: secundariò vero interventu personæ inter naturam etiam Filij, secùs quàm in naturalibus, ubi primò ἐπιλέχεια δυνάμει dat actum essendi, secundo vero actum existendi. At hęc persona primùm communicatur alteri naturæ, unde existit unum personā: tamen in persona personæ propria natura.

XLV. Sicut Θ , inter unita, unione per se intercedit Vera Θ realis κοινωνία, δυνάμει enim communicatur ἐπιλέχειν: ita in hoc mysterio humana Christi natura, quia se habet instar δυνάμειως, λόγος instar ἐπιλέχειας, fit inde ut λόγος vere Θ realiter carni sese communicet.


XLVI. 2. Quia unionem duarum in Christo naturarum illustrant ejusmodi similibus, quæ non nisi παράδειγμα ἢ παράδειγμα quandam inferunt. Talia sunt, quæ desumuntur ab Antuerpia Oceano adjacente; à Planeta orbis, à affixo: à gamma annulo adherente. Θ c.


XLVII. III. Λόγος eodem planè modo in assumpta natura inhabitare, quo in sanctis habitat. Id quod ex Personalis Unionis definitione ab ipsis tradita luculenter patet, quam dicunt esse sustentationem ac gestationem assumptæ carnis à λόγος.

XLVIII. Postrema deniq; duo Minoris membra defendi à Calvinianis tam certum est, quàm certum solem lucere in meridie. Concludimus igitur infallibiliter, Calvinianos Nestorianizare. ὅπερ ἐδει δεῖξαι.

Cap. IV.
An Lutherani sint Nestoriani?
XLIX. Pro 4. Θ ultimi Cap. negativa. Sic: argumentor. Quicumq; cum Patribus Ephesinis contra Nestoriū tum ἐπιλέχειας tum ιδιωμάτων ἢ ἀποτελεσμάτων verā ac realem κοινωνίαν asserunt, illis Nestorianismus malè objicitur. Lutherani hoc faciunt. E. L. Consequentia Majoris suā luce radiat. Minor ex omnium orthodoxorum scriptis firmissimè Θ fusissimè demonstrari posset, si ratio instituti Θ mos Collegij hoc admitteret. Tibi Θ . Jesu Binuni laus Θ honor.

FINIS





TOLOGIAS SACRÆ
putatio Septima

De
ORIANISMO,

Quam
muenta Θεολογία
SVB PRÆSIDIO
SARIS MEISNERI
Theol. D. & P.P.

o Collegio examinandam
proponit

U S B E C M A N N U S
ensis Misnicus, Saxon.
Elect. Alumnus.

d d. 3. Januarij horis pomeri-
anis, in minori auditorio.



T T E B E R G Æ,
a Johannis Gormanni,

o clō clō XIX.

